








Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-606369-p0003-2

DFG



1696.

1. Beierus, Arianus: *De processu extra judiciali*.
- 2<sup>a. t</sup>. Brackenius, Wilhelmus Pierogius: *De renunciatione invalida*  
da. 28 Sept 1696 - 1750.
3. Friesen, Ioh. Bernhardus: *Theses iuridicae*.
4. Friesen, Ioh. Bernhardus: *Thesen de linea fiduciaria*.
5. Lynden, Mr. Christophorus: *De jure et contractu  
colonario provinciali*.
6. Lynden, Nicol. Christophorus: *De immunitate civium  
imperii Romani - Germanici*.
7. Lynden, Nic. Christophorus: *De bona fide in praescriptio-  
nibus*.
8. Muellerus, Dr. Tac.: *De actionibus juris naturae  
et gentium*.
9. Lombardus, Georgius: *De confirmatione factorum*.
10. Stevogius, Dr. Philippus: *De injusto armorum usu*.
11. Stevogius; Dr. Philippus; Fai. iuridicae ... senior: *Proprietas  
lectionis auspicali. Do. Christiani Schrammi ... premissum*



1696.

12. Stoughius, Dr. Harramus, docens Fac. med.: Proclusis  
de fonticula suturae coronalis, insigni virtutum  
memorial remedio / punctioni auspicali. Christianus Thobini  
Wolffii . . . praemissa)
13. Wedelius, Georgius Wolfgangus, docens Fac. medicæ :  
Propempticon . . . : de corona Christi spinea I / Dispu-  
tationi auspicali. Friderici Liefmanni præmissione)
14. Wedelius, Georgius Wolfgangus, docens Fac. med. : Propempt-  
icon . . . : de corona Christi spinea II / Disputationi solen-  
tia. Francisci Wilhelmi Marshandi præmissione)
15. Wedelius, Georgius Wolfgangus : de acrum natura, asa et  
absa .
16. Wildenzelius, Christian. : Dissertatione juri aucti-  
vum forum Saxonicum polissimum accommodata . . .  
2 Sculp.
17. Wildenzel, Christianus : De salgano







11702.

1696, 3

5

I. N. D. N. J. C.

# THESES JURIDICÆ

QUAS

Divinâ favente Clementiâ

atque

Autoritate Magnifici JCtorum Ordinis  
in illustri Salana

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ATQUE  
EXCELLENTISSIMO  
DOMINO

JOH. BERNHARDO *Riesen/*

u. J. & Phil. D. Consiliario Saxon. Consist. Prof. Publ. &

Præf. Jen. meritissimo

Patrono ac Preceptore suo submissâ animi Observantiâ eternum  
Colendo

## QUATUOR DISSERTATIONIBUS

quarum

PRIMA ad diem Martii M. DC. XCVI. ventilabitur

Placido Eruditorum Examini subjicit

JOHANN. GEORG. *Heinzenberg/*

Grünstad. Palat.

---

J E N Æ,


Literis WERTHERIANIS.



V I R O  
NOBILISSIMO CONSULTISSIMO atq; EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
BERNHARDO LUDOVICO  
MOLLENBECIO  
J. U. D. COMITI PAL. CÆSAR.  
ET  
IN ALMA LUDOVICIANA  
PROFESSORI ORDINARIO, LONGE CELEBERRIMO,  
PRÆCEPTORI AC PROMOTORI SUO OMNI STUDIO  
ET OBSERVANTIÆ CULTU ÆTATEM  
DEVENERANDO  
HASCE THESES SACRAS  
DICIT

*Et in perpetui obsequii documentum ulterioremque studiorum  
Commendationem submissæ offert.*

JOHANN. GEORG. Heinzenberg.



## DISPUTATIO I. De JURE PERSONARUM.

Thef. I.

**S**tatus hominum à Jure personarum multum differt, utut hoc sine illo existere nequeat.

- II. Jus personarum Actionum præjudicialium caūsa appellatur.
- III. Summa Divisio est , quā homines dividuntur in liberos & servos, & in sui & alieni juris.
- IV. Quia Imperatores captivos servare solebant , servi dicuntur.
- V. Servitus legalis religioni Christianæ non adversatur.
- VI. Statu liberi sunt servi.
- VII. Adscriptii servis non sunt annumerandi.
- VIII. Libertinorum Libertas non officit quo minus assignari possint.
- IX. Alienatio servorum in Creditorum fraudem facta non est, ut manumissio ipso jure nulla.
- X. Minor dum pro aliis recte postulat, etiam procurator ad lites constituitur.
- XI. Lege Ælia sentia , qua Minori 20. annis manumissio permissa , fama & vita pari passu ambulant.

XII. Ab

XII. Ab actibus inter vivos ad actus ultimæ voluntatis quandoque valet consequentia.

XIII. Dum ex constitutione Divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit non minus puniri jubetur, quam si alienum servum occiderit, tenetur lege Cornelia de siccariis.

XIV. Patria potestas juris civilis est.

XV. Servi justas nuptias non contrahunt.

XVI. Inter eas personas, quæ sibi sunt parentum & liberorum loco jure naturali nuptiæ prohibitæ sunt.

XVII. Ratio juris Canonici ob quam, in quarto gradu nuptiæ sunt prohibitæ non est absurdæ.

XVIII. Computatio juris Canonici non destituitur ratione.

XIX. Polygamia jure naturali illicita esse videtur.

XX. Adoptio in specie patriæ potestatis causa est.

XXI. Castratio juri naturali contraria, adoptionem impedit.

XXII. Cum tutela sit potestas in capite libero, id circō servus tutor esse nequit, sed tamen testamento dari potest.

XXIII. Utut filius in Emancipatione non detrudatur in quasi servilem conditionem, nihilominus capite minuitur.

XXIV. Tutores suspecti remoti ob culpam famosi non sunt.

XXV. Quia Curatores fatisfare tenentur dantur legitimi.

## DISPUTATIO II.

*De*

## JURE IN RE.

Thes. I.

**J**us Rerum rectè in jus in Re & ad Rem distinguitur.

II. Jus ad rem male cum jure personarum confunditur.

III. Quinque juris in re species defendi possunt.

IV. Communio Rerum non est omnino sublata.

V. Duo ejusdem Rei Domini existere possunt.

VI. Causa modo adquirendi prior est.

VII. Traditio modus est adquirendi naturalis.

III. Quin-

VIII. Bonæ fidei possessor fructuum perceptorum adhuc extantium revera Dominus est, licet rei Dominus postea superveniens eos vindicare possit.

IX. Bonæ fidei possessor & fructuarius diversimode fructus acquirunt.

X. Nemo potest rem alienam pro derelicto habere.

XI. Servitus Rerum quæ per translationem ita dicitur non potest in faciendo consistere.

XII. Servitus Realis quia qualitas est, non potest non esse perpetua.

XIII. Aquæ haustus servitus realis est, personæ tamen constitui potest.

XIV. Servitus promissa non producit actionem confessoriam quia servitus non est.

V. Donatio etiam cum traditione est acquirendi causa.

XVI. Testamentaria Dispositio, cum sit Dominii portio non potest esse mere civilis.

XVII. Pupilli Dominio non detrahitur licet testamentum facere non possit.

XVIII. Dominium revocabile non minus est Dominium, quam perpetuum.

XIX. Septem testes non sunt de essentia solennis testamenti quamvis testamētum sūnē illis subsistere haud possit.

XX. Præteritio posthumus non vitiat testamentum.

XXI. Filia Adultera exheredari non potest quia non est meretrix.

XXII. Filius emancipatus præteritus ad querelam in officiō non admittitur.

XXIII. Fratribus etiam turpibus personis institutis ob certas causas denegatur querela.

XXIV. Legitima est juris naturalis ; quarta legitima juris civilis.

XXV. Legatum pœnæ nomine relicturn si conditio sit naturaliter vel civiliter impossibilis non valet, sed Legatum sub conditione impossibili relictum subsistit.

DISPLI-

# DISPUTATIO III. DE JURE AD REM.

Theſ. I.

Obligatio Juris vinculum est inter Creditorem & Debitorem fundandi ratio.

II. Non omnis obligatio nequidem juxta naturæ leges actionem producit.

III. Impossibilium nulla obligatio, iccirco & illa quæ fit sub amissione famæ & honoris.

IV. Obligatio oritur vel ex contractu vel delicto ex variis causarum figuris.

V. Contractus rectius quam conventio non nuda habens nomen vel causam describi non potest.

VI. Contractus realis ultra rem quæ intervenit non obligat.

VII. Ex mutuo condicō generalis nascitur.

VIII. Pignus contractus realis est actionem personalem producens.

IX. Si quis hippocentaurum sponſonderit rem impossibilem quidem promisit, non tamen obligationi est impossibilis conditio adjecta.

X. Stipulatio in diem actionem producit non item conditioinalis.

XI. Actor in Actione Chirographaria male & contra contractus naturam se fundat in pecuniæ numeratione.

XII. Exceptio non numeratae pecuniæ durat biennium & est perpetua.

XIII. Contractus consensualis, consensu ut sic non perficitur, interim neque scriptura neque præsentia omni modo opus est, nec dari quicquam necesse est.

XIV. Emtio in scriptis & scripta omnino differunt.

XV. Emtio in scriptis & exp̄ressè & tacite contrahitur.

XVI. Em̄tione perfecta periculum spectat ad Em̄torem.

XVII. Me-



XVII. Merces in locatione in numerata pecunia consistere debet.

XVIII. In societate proportio Geometrica observari potest.

XIX. Sociis beneficium competentiae conceditur, cum societas  
jus quodammodo fraternitatis in se habeat, quod fratribus denegatur.

XX. Mandatum etiam tacite contrahitur.

XXI. Si fulloni vestimenta gratis polienda quis dederit man-  
datum, mercede constituta locationem, postea daturus quantum inter  
eos convenerit, contractum innominatum celebrat.

XXII. Quasi contractus excludit omnem conventionem & ex  
re nascitur actio.

XXIII. In negotiorum gestione levis & levissima culpa præ-  
stanta.

XXIV. Acceptilatio inutilis est utile pactum.

XXV. Contrario consensu re etiam non amplius integra dissol-  
vitur contractus consensualis.

## DISPUTATIO IV. *DE* JURE ACTIONUM.

Thes. I.

A ctio & ejus causa omnino differunt.

II. Actio præjudicialis neque Realis neque personalis est.

III. Ex libertate, alia est de libertate alia de ingenuitate, & utra-  
que directa vel utilis.

IV. Actio præjudicialis ex Civitate est, quæ civi afferenti se talem  
contra Magistratum & vice versa Magistrati afferenti aliquem civem,  
contra eum qui id negat competit.

V. Ex familia est actio de partu agnoscendo, & de filiatione,  
quæ vel directa vel utilis.

VI. Obligatio infallibilis actionis personalis nota est, licet ejus  
causa non sit.

VII. Non est legitima illatio est dominus E. ei competit vin-  
dicatio.

VIII. In mutuo nummi vindicari nequeunt.


IX. Actio Hypothecaria est realis.

X. Pigno

- X. Pignoratitia actio debito demum soluto nascitur.  
XI. Pignoratitia actio directa nullo tempore præscribitur.  
XII. Actiones ex contractu bilateralis omnes & solæ sunt bonæ fidei.  
XIII. Actio de peculio bonæ fidei & stricti juris esse potest.  
XIV. Actio de eo quod metus causa factum est in rem scripta & rei persecutoria.  
XV. Actio Noxalis non est nova actio, sed superaddita nova qualitas.  
XVI. Ex animalium pauperie non minus actiones nascuntur quam ex noxia servorum & delictis liberorum hominum.  
XVII. Actio pœnalis in heredem non datur.  
XVIII. Ob dolum defuncti nequidem in Contractibus bonæ fidei actio adversus heredes competit.  
XIX. Actio - damni injuriæ, ex leg. Aquil. ex delicto, neutrum verò famosa est.  
XX. Injuriarum non tantum damnati notantur ignominia sed & pauci.  
XXI. Actio depositi merito famosa est, commoda ti non æquè.  
XXII. Actio familiae herciscundæ realis & personalis est.  
XXIII. Dominus rem furto ablatam, actione furti non consequitur.  
XXIV. Actio vi bonorum raptorum Actione furti neq; manifesti gravior est.  
XXV. Judex juxta acta & probata sententiam ferendo non latit conscientiam.







**ULB Halle**  
006 609 449

3



Mur 1 + 5

DNZ

OC





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt


urn:nbn:de:gbv:3:1-606369-p0020-6

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

Black		
White		
Magenta		
Red		
Yellow		
Green		
Cyan		
Blue		



# JURIDICÆ

QUAS  
ente Clementiâ

atque  
ifici JCtorum Ordinis  
lstri Salana

ÆSIDE  
CONSULTISSIMO ATQUE  
CENTISSIMO  
MINO

JARDO *Griesen/*

io Saxon. Consist. Prof. Publ. &  
n. meritissimo

bmissâ animi Observantiâ eternum  
olendo

SSERTATIONIBUS

uarum

ii M. DC. XCVI. ventilabitur

rum Examini subjicit

ORG. *Heinßenberg/*

tad. Palat.

N Æ,  
RTHERIANIS.

1696, 3

5

LVII. 111

Ms. Opernzaub.